BLASPHEMIA DEI QVIA videt̄ ꝓcedere ex odio ad deū: ideo de ipsa hic agēdū. Pōt aūt sic describi ex verbis Amb. ꝙ est vitiū quo attribuit̄ deo qd ei nō cōuenit: vel remouet̄ ab eo qd ei ꝯgruit: vt si dicat̄ de eo aliqd importās defectū: puta ꝙ non sit iustus: vel ꝙ nō sit oīpotēs & hmōi. Est aūt cōtra actū fidei qui est cōfessio credēdoꝝ Vnde ad infidelitatē ꝑtinere videt̄ qd ex verbis apl'i elici pōt dicētis de se. j. Tim. j. Priꝰ fui blasphemꝰ & ꝑsecutor. Et subdit. Ignorās feci in incredulitate mea. Pro huius declaratione sciendum ꝭm beatum Tho. ij. ij. q. xiiij. arti. j. ꝙ nomē blasphemię importare videt̄ quandā derogationē excellētis bonitatis & pręcipue diuinę. Deus autē vt dicit Diony. est ipsa essentia bonitatis. Vnde quicquid deo cōuenit ꝑtinet ad bonitatē ipsiꝰ: & quicqd ad ipsum nō ꝑtinet longe est a rōne ꝑfectę bonitatis que est eius essentia. Quicūqꝫ ḡ vel negat aliqd de eo qd ei cōuenit vel asserit de eo qd ei nō cōuenit: derogat bonitati diuinę. Qd pōt cōtingere dupl'r. Vno modo ꝭm solā opinionē intellectꝰ. Alio mō ꝯiūcta quadā affectꝰ detestatiōe: sicut ecōtrario fides dei ꝑficit̄ ꝑ dilectionē ipsiꝰ. Hmōi aūt derogatio diuinę bonitatis vel ꝭm intellectū tm̄: vel etiā ꝭm affectum si consistat in corde tm̄ erit blasphemia cordis: si exterius ꝓdeat ꝑ locutionē erit blasphemia oris. Et ꝭm h̄ blasphemia confessioni opponit̄. Qd aūt aliq dicunt ꝙ sunt tres species blasphemię. Prima cū deo attribuit̄ qd ei nō ꝯuenit. Scd'a cū a deo remouet̄ qd ei cōuenit. Tertia cū attribuit̄ creaturę qd est ꝓpriū dei ꝭm Tho. vbi. s. Nā ꝓprie loquēdo ista sūt diuersę species blasphemię: qa attribuere deo qd ei nō ꝯuenit: vel negare seu remouere ab eo qd ei ꝯuenit nō differūt nisi ꝭm negationē & affirmationē q diuersitas habitꝰ species nō distinguit: qd aūt id qd est dei attribuit̄ creaturę ad id ꝑtinere videt̄ qd attribuit̄ ei qd ipsi nō ꝯuenit. Quicqd em̄ est dei ꝓpriū, est deꝰ. Attribuere ḡ creaturę qd est dei ꝓpriū: est ipm deū facere idē creaturę. Itē sciēdū ꝙ ille loquit̄ contra deū, cōuitiū inferre intendēs: vt cū dicit. sit maledictus deus & hmōi: derogat diuinę bonitati nō solū cōtra veritatē intellectꝰ: sed etiā ꝭm prauitatē bonitatis detestātis & impediētis pro posse diuinū honorē qd est ꝑfecta blasphemia. Et sicut laudat̄ deus in sanctis inquātū laudant̄ opa eiꝰ q̄ facit ꝑ sctōs: ita etiā blasphemat̄ in sctis inquātū blasphemia q̄ fit sctis redūdat in deū. Est autem blasphemia pc̄tm̄ mortale ꝭm Tho. vbi. s. art. ij. ex eo ꝙ repugnat & ꝯriat̄ charitati dei: qa ꝑ h̄ derogatur diuinę bonitati. vn̄ & Leuit. xxiiij. dr̄. Quicūqꝫ blasphemauerit nomē dn̄i morte moriat̄. Sed pœna mortis non infligitur nisi ꝓ mortali. Et est ꝯ primū vel scd'm pręceptū decalogi. Verū est tn̄ ꝭm Tho. ꝙ cū qs ex subita passione prorūpit in verba blasphemię nō aduertens hoc qd dicit eē blasphemiā: vt qa nō cōsiderat significationē verboꝝ nō esset tūc pc̄tm̄ mortale: sed si aduertat hoc esse blasphemiā cōsiderās significata verborū: ex eo ꝙ subito impetu irę hoc faciat: vel ex praua cōsuetudine: nō ꝓpter hoc excusat̄ a mortali: q̄uis cito doleat de cōmisso: sicut nec excusatur ab homicidij reatu: qui ex subita ira ꝑcutit ꝓximū: & istud est grauissimū pc̄tm̄. Et rō est ꝭm Tho. vbi. s. ar. iij. qa blasphemia opponitur cōfessioni fidei: & iō habet grauitatē infidelitatis: & aggrauatur si superueniat detestatio voluntatis: & adhuc magis si prorumpat in verba: sicut laus fidei auget̄ ꝑ confessionē & dilectionē Vnde cū infidelitas sit maximū peccatū ꝭm genus suum: ita etiā blasphemia. Vnde & glo. Esa. xviij. dicit ꝙ oē peccatū blasphemię cōparatū leuius est: & quātum quidē ad obiecta pc̄i grauiꝰ est q̄ homicidiū: qa blasphemia est directe cōtra deū homicidiū contra proximū. Quātum vero ad effectū nocumenti prępōderat homicidiū blasphemię. quia plus nocet. In grauitate autē peccati magis attenditur intentio volūtatis peruersæ quę videtur esse maior in blasphemia: cum intendat nocumētum honoris diuini q̄ in homicidio. De blaphemia quę alio modo dicitur maledictio: vt cum dicitur. maledictus sit deus & hmōi. habet̄ s. in. c. de maledictis. in titu. de ira.

blasphemia dei

derogatur deo dupl'r.

cōuitiū deo iferens.

blasphemia dei mortale.

§. I. DE BLASPHEMIA POTEST

exponi illud Ps. lxxiiij. Nolite extollere ī altū cornu vestrū scilicet superbiendo. Nolite loq aduersus deū iniqtatem scilicet blasphemādo: qa scilicet deꝰ cōfringit cornua supbię & punit blasphemos. Blasphematur autē deꝰ multipliciter nō solū ab infidelibus: sed etiā a ppl'o qui dicit̄ fidelis: & frequēter. De quo ipse conqueritur Esa. lij. Et iugiter nomen meū blasphematur: & hoc multipliciter.

¶ Primo blasphemant aliqui dei prouidentiam:

¶ Secundo blasphemant aliqui dei potentiam.

¶ Tertio blasphemant aliqui dei iustitiam.

§. II. QVANTVM AD PRIMVM

Blasphemant aliqui dei prouidentiā qui dicunt deū non habere prouidētiā de rebus seu actibus humanis: sed oīa euenire hominibꝰ a fortuna & casu: in quorū ꝑsona dicit Iob. Circa orbē cœli ꝑambulat: nostra autē nō cōsiderat Vnde libro. iij. de falsa sapientia de Epicuro philosopho sic ait. Videbat Epicurꝰ bonis semꝑ aduersa accidere paupertates: labores: exilia: charoꝝ amissiōes: malos cōtra bonos esse augeri potētia honoribꝰ affici: videbat innocētiā minus tutā scelera impune cōmitti. videbat sine delectu morum sine ordine ac discrimine annorū seuire mortē: sed alios ad senectutē peruenire: alios infantes rapi: alios robustos interire: alios in adolescētię flore immaturis annis extigui: in bellis meliores potiꝰ vinci & perire: maxime autem cōmouebat homines in primis religioso grauioribus affici malis his qui omnino deū negligerēt: aut nō ꝑpie colerēt vel minora mala & incōmoda euenire vel nulla. Et subdit. Cum hęc cogitaret Epicurus earum rerū velut malitia indultus. Sic enim causam rationemqꝫ videbat̄ ignorāti: ęstimauit nullā esse ꝓuidētiā: nullāqꝫ dei iustitiā. Hec ille. Sic & Seneca in Tragedijs postqꝫ cōmendat deū de regimine & gubernatione vniuersi & ordine rerū aliarū cōqueritr̄ ꝙ de rebꝰ humanis nō videt̄ curare dicēs. Cur idē. s. deꝰ qui tāta regis sub quo vasti pōdere mūdi: librata suos ducūt orbes hoīm minime ades securꝰ nō solicitꝰ ꝓdesse bonis nocuisse malis. Res hūanas ordine nullo fortuna regit spargitqꝫ manu: munera cęca. Peiora fouens. Vincit sanctos dira libido. Fraus sublimi regnat in aula. tradere turpis fasces. Populꝰ gaudet: eosdem colit atqꝫ odit: tristis virtꝰ peruersa tulit pręmia recti: castos sequit̄ mala voluptas: vitioqꝫ potēs regnat adulter. Vnde & Boe. in. j. de ph̄ica cōsola. in persona horū ait. O stelliferi conditor orbis: qui perpetuo nixus solio: rapido cœlū turbine versas & c. Et. j. Omnia certo fine gubernas. So

Prouidentia dei blasphematur.

Universidad del Rosario Archivo Histórico

los hominū respuis actus. Merito rector cohibere modo. Nam cur tantas lubrica versat fortuna vices. Præmit insontes debita sceleri noxia pœna: ac peruersi resident celso mores solio. Sanctaq̄ calcant iniusta vice colla nocētes. Latet obscuris condita virtus clara tenebris. Iustusq̄ tulit crimen iniqui. Nil periuria: nil nocet ipsis. Fraus mendacij cōpta colore &c. Sed potest ipse dicere quotidie qđ semel incarnatus ait Iudæis. Quis de vobis arguet me de peccato? Io. viij. s. ignorātię vel imprudētię aut iniustitię? certe nullus. Et ꝙ nō possum⁹ deum inculpare de aliquo vel arguere: sed omnia quæ facit bonis & malis bene facit tribus rationibus pōt ostēdi ꝑm Io. Dn̄ici in sermone.

¶Primo propter diuini operis profunditatem.

¶Scd'o propter nostrę mentis tortuositatem.

¶Tertio ꝓpter dei summā rectitudinem & claritatem.

De⁹ nō pōt repēhendi.

Primo etenim dico ꝙ non possum⁹ deū arguere propter suorū operū profunditatē. Sunt em̄ opera dei tā alta tam profunda ꝙ nō possum⁹ per nos inuestigare. E nō solum alta sua opera nō possumus cōprehēdere: sed nec minima & vilia valēt a nobis pfecte cognosci. Vnde quare granū milij sit rotūdum: & granū hordei oblongū oēs mundi sapiētes nescirent dicere. Et similiter quare granū frumenti sit scissum ex vna parte: & ex alia non: null⁹ sapiēs posset sufficiēter rationē assignare: & sic circa quālibet paruā rē possent infinite moueri q̄stiones quas nescires explicare: tantam abyssum sapiētię posuit de⁹ in istis suis creaturis. Si ergo in istis creaturis inferiorib⁹ & magis vilib⁹ est tāta ꝓfunditas quāto magis aliæ res altæ & ꝓfundæ. Quō ergo tu vilissima creatura presumis repręhēdere deū quare istū fecit christianū: illum Iudęū: illū reprobat: istū elegit: quare bonis mala: & malis bona eueniūt. Vide miser ne intres hoc pelagus: quia submergeris. Et ideo dicebat apl's ad Ro. xj. O altitudo diuitiarū sapiētię & scientię dei ꝙ incōpręhensibilia sunt iudicia ei⁹ & inuestigabiles vię eius. Viæ eius sunt opera eius: & hę inuestigabiles. i. non cognoscibiles a nobis in vita ista ꝓpter profunditatē earum. Hinc & Aug. quęrēs quare dn̄s nō fecit signa in Tyro & Sydone: de quib⁹ dicit christus ꝙ si facta fuissent illa ibi quę fecit ipse in Iudęa fuissent cōuersi: & Iudęa in qua fecit illa miracula non est cōuersa ad pniam: ꝓut dr̄ Mat. xj. dicit Aug. Nam si rōne facti ꝓfunditatē iudicij ei⁹ penetrare nō possumus: manifestissime tn̄ scimus & verum esse qđ de⁹ dixit & iustū eē qđ fecit. xxiiij. q. iiij. Nabuchodonosor. §. de tyrijs. Scd'a ratio quare nō possum⁹ deum inculpare est ꝓpter nostrę mentis tortuositatē. Sumus em̄ oēs torti nō recti: & distortū & nō rectū est iudiciū nostrū & ideo male iudicam⁹: sicut qui ponit baculū ī aqua: sibi videꝛ ꝙ sit tortus qui tn̄ non est: sed defect⁹ in visu tuo. Et sic ocul⁹ iudicat de rebus coloratis ꝑm ꝙ est in eo. Dicūt philosophi ꝙ lux siue pupilla oculi non est colorata nec vllū colorē debet habere in se vt bn̄ videat res prout sunt. Vnde si in oculo esset aliquis humor & portares ante eū pannū rubeū vel azureū videreꝛ tibi obscurus. Sic est de oculo nostri intellectus: qa in eo est humor nostrę cōcupiscētię: & mal⁹ humor. s. cupiditatis mundi: qa vellem⁹ illi mala cōtingere quē odimus: illi bona quē amamus: & qa nō sic euenit vt vellemus: ideo male iudicamus de deo & dicimus deū iniustū: vel non habere curā de nobis & ꝓuidētiā: Sed remoue prauū humorē & videbis recte. Sic fecerunt & faciunt serui dei: qa enim remouēt a se amorem a rebus mundi: ideo videꝛ eis ꝙ qcqd fecerit & facit recte & optime facit. & cōcordāt se in oib⁹ cū volūtate dei dicētes illud ꝓpheticū. Oīa q̄ fecisti nobis dn̄e in vero iudicio fecisti: qa peccauim⁹ tibi: & mēdatis tuis nō obediuim⁹.

De⁹ est summa mēsura omniū.

Sed peccatores iudicāt sicut infirmi quibus dulcia amara videnꝛ & ecōtrario. Sic dicimus tribulatiōes pauptatē infirmitatē esse amaras & malas: sed serui dei oppositū. Tertia ratio quare deū inculpare nō possumus est. qa ipse est summa rectitudo & mēsura oim rerū. Vnde dicunt phi & scti ꝙ quelibet res habet mēsurā suā: nō dico solū mēsurā cānarū: vt in pāno: & sextarioꝝ vt ī bladis: sed sunt multę aliæ mēsuræ & regulæ. Mensura caloris ꝑm sapientes est ignis: quia nulla res est ita calida sicut est ignis: & ideo res tanto est calidior: quanto magis appropinquat caliditati ignis. Sic mensura oim lucentiū est sol: qa sol est lux intēsior oibus alijs lucidis: & ideo omes alię res lucidæ habēt mēsuram ab illa luce: & res illa est magis lucida q̄ magis appropinquat ad lucem solis. Sic mēsura oim venalium est aurū: qa ꝑm ipsum mēsuraꝛ & poniꝛ preciū rebus. Nūc aūt ad ꝓpositū dicūt sancti & phi ꝙ regula nostrę voluntatis est lex q̄ est tamq̄ quidā oculus q habet dirigere voluntatem.

Mensura venaliū dicitur aurum.

Lex aūt hmana ꝓcessit ab imperatore a sua voluntate: sed ipse fuit peccator vt cęteri hoies: & ideo aliqñ errauerunt in condendis legibus non rectis. Oportet ergo qđ sit vna voluntas summa absq̄ vllo peccato & defectu. Et istam dicūt oēs esse voluntatem diuinam: quę non potest esse magis recta: & nulla rectitudo est super eam. Et sicut ignis nō potest perdere suū calorem & sol suum splendorē: sic voluntas dei quę est regula omnis rectitudinis: non pōt effici torta vł curua seu obliqua aut iniusta: seu praua. Vnde quicquid agit recte & iuste agit. Nos autem in vita pręsenti propter paruitatem & cęcitatem intellectus nostri non possumus plene cognoscere ista. Sed in alia vita cum videbim⁹ eum sicuti est: aperte cognoscemus qđ oīa quę facit & fecit deus cum maxima sapientia & rectitudine facta sunt. & quod ait Salomon Eccl'es. iij. c. Cuncta fecit bona in tempore suo. Nolite ergo loqui aduersus deū iniquitatē. s. blasphemādo ipsum tamq̄ non habeat prouidentiam de humanis vel non recte prouideat.

§, III. QVANTVM AD SECVN

dū Blasphemāt aliqui diuinā potētiā: vt illi q dicūt. De⁹ nō pōt facere hoc vel illud: ac si nō esset omnipotēs: cū tamen dicaꝛ Exo. xv. Omnipotēs nomē eius. Omnia enim potest nisi quę importāt defectū & impfectionē: vel q̄ implicant cōtradictionē ꝑm Tho. in. j. parte. Nam posse peccare vel mori vel errare & hmōi non est posse: sed imporētia. vnde Hiero. Solus deus ille omnipotens est: qui cum omnia possit hoc solū nō potest. cuius posse nō est aliqd posse: sed non posse. s. peccare. de pœni. dist. ij. §. fi. Et idem dicit ꝙ cū omnia possit deus. hoc nō pōt. s. virginē suscitare post ruinā. xxxij. q. v. si Paulus. Hoc em̄ implicat cōtradictionē. s. ꝙ aliqua sit corrupta & virgo. i. non corrupta. Potest igiꝛ deus oīa facere quę vult: Sap. xij. Subest enim tibi posse cum volueris.

Blasphemaꝛ potētia dei.

De punitione blasphemātiū.

Puniuit dn̄s plurimos blasphemātes dei potētiā: vt patet in Sēnacherib rege Assyriorū Cum em̄ venissent in Iudęā & quęreret capere Hyerosolymā ciuitatē principalē vbi regnabat Ezechias misit nuntios Rapsacen & quosdā alios qui locuti sunt non solum nuntijs Ezechiæ: sed etiā publice ad populū ciuitatis qui erāt in muris ciuitatis vt audirēt & rebellarēt se Ezechię vt traderēt ciuitatē & se in manib⁹ Sennacherib: inter cętera dicētes. Non te decipiat deus tu⁹ in quo confidis dicēs. Nō dabiꝛ Hierusalē in manu regis Assyrioꝝ. Nunqd eruerunt dij gentiū populos quos subuerterūt patres nostri? Et ad ppl'm dicebāt. Nō cōturbet te Ezechias dicens. Dn̄s liberabit nos. Quis est ex oībus dijs terrarū q eruerit terram suā de manu mea vt eruat dn̄s. s. de⁹ vester Hierusalē de manu mea? Et sic blasphemabāt dei potētiā: quasi nō posset liberare eos ab ipso. Ezechias aūt rex sanct⁹ hō ad orōnē confugit: & ad Esaiā ꝓphetā misit vt oraret deū pro populo. Cui respondit Esaias ex parte dei loquens de Sennacherib. Cui exprobrasti: & quē blasphemasti & sup quē exaltasti vocē tuā. Ad sanctū Israel. Et. ī. Supbia tua ascēdit ad aures meas: ponā ergo circulū in narib⁹ tuis: & frenū in labijs tuis: & reducā te per viam per quā venisti: qđ & factū est. Nā in vna nocte ab angelo dn̄i occisa sunt centū octogintaquinq̄ milia exercit⁹ Sennacherib: & reuersus ipse in Niniuē occisus est a filijs suis in templo dei sui. Habētur hec oīa Esa. xxxvij. & iiij. Reg. xix. Petr⁹ etiā Damianus vt narrat Vincē. in Speculo hystoriali. ad idē ponit hoc exemplum. Duo amici & cōpatres in Bononię partibus cū discūberēt ī cōuiuio allatus est gallus: qđ pulmētū vnus eoꝝ arrepto gladio in frustra desecuit: tritūq̄ piper cum liquamine supfudit. Quo facto alter ait. Profecto compater sic explicuisti gallū istū vt sanctus Petrus si velit reintegrare nō possit. Cui alter subintulit: plane nō mō si sctūs Petrus: sed si christus ipse imperet gallus iste in perpetuū nō resurget. Ad hanc vocē repente gallus viuus coopertus plumis exiliuit: alas pcussit & cecinit & plumas excussit totūq̄ linquamē sup eos q vescebātur aspersit. Ilico sacrilegi blasphemi in aspersione piperis lepra pfusi sunt quę plaga leprę in posteris eorū hęreditaria permansit vsq̄ in obitum. Vnde in famulatum subacti sunt Bononiensis

Exēplū blasphemiæ.

ecclesię quę beati Petri insigniꝛ vocabulo. Hęc ille. Nolite ergo loqui aduersus deum iniquitatem.

§. IIII. QVANTVM AD TERTIŪ

Iustitia dei blasphematur.

tiū Blasphemāt aliqui dei iustitiā: dicētes deū iniustū: cū multū affligit aliquos & crudelē. In quoꝝ psona ait Iob xxx. Mutatus es mihi in crudelē: cum tn̄ sit iustissimus & clemētissimus Ps. Iustus dn̄s & iustitias dilexit: ęquitatē vidit vultus eius: hęc est blasphemia dānatorū in iferno. vn̄ dr̄ Apo. xvj. Estuauerūt homines ęstu magno: & blasphemauerūt nomen dn̄i habētis potestatē super has plagas. Vbi dicit glossa. ꝙ in inferno positi q̄uis sciant se ꝓ merito puniri: dolent tn̄ ꝙ deus habeat tantā potentiam ꝙ plagas eis inferat. Pro cuius declaratione dicit Tho. ij. ij. q. xiij. arti. iiij. ꝙ cū ad rōnem blasphemię ptineat detestatio diuinę bonitatis: illi qui sunt in inferno retinēt peruersam voluntatē auersam a dei iustitia in hoc ꝙ diligūt ea ꝓ quibus puniūtur & vellent eis vti si possent: & odiūt pœnas q̄ ꝓ hmōi pctīs inferūtur: & dolēt de peccatis quę cōmiserūt: nō ꝙ ipa odiant: sed qa pro eis puniūtur. Et talis detestatio diuinæ iustitiæ est etiā eis interior blasphemia. Et credibile est ꝙ post resurrectionē erit in eis etiam vocalis blasphemia: sicut in sanctis vocalis laus dei. Ex tali tn̄ blasphemia nō demerētur: qa ī alia vita nō est loc⁹ merēdi vel demerēdi: sed recipiēdi ꝑm merita. Vnde sicut in beatis bona eorū opera quę ibi agunt non sunt meritoria sed ptinētia ad premiū btītudinis eorū. Ita in dānatis mala eoꝝ opera vt blasphemare & odire deū & hmōi nō sūt demeritoria: sed ptinētia ad pœnā danatiōis suę. Qui ergo blasphemāt deū vel ex tribulationib⁹ reputātes iniustū vel alio modo officiū & artē faciūt dānatorū. Vn̄ multū habebāt de sua dānatione timere Iudęi qn̄ audiebant deū blasphemare prę horrore sceleris scindebant vestimenta sua: vel claudebant aures suas ne audirent. Nabuchodonosor viso miraculo. s. de euasione trium iuuenū Ananię Azarię & Misaelis de fornace ignis: fecit ædictū p regnū suū: cū tn̄ esset pagan⁹: ꝙ qcūq̄ blasphemaret deū illorū qui est deus noster deus verus grauiter puniretur.

blasphemia est detestatio diuinę bonitatis.

Nabuchodonosor horruit blasphemiam.

¶De blasphemia in spm̄sctm̄ & sex specieb⁹ ei⁹. Ca. VIII.

O VIA PECCATVM BLAS-

phemię cōuenit in noīe cū pctō blasphemię in spm̄sctm̄: & pctm̄ inuidię cū inuidētia fraternę grę quę est spēs blasphemię ī spm̄sctm̄: & odiū dei cum odio ꝓximi: q̄uis realiter & specifice differāt: iō nunc de blasphemia in spm̄sctm̄ hic agiꝛ. Circa qđ vidēdū est qd sit & quot sunt species ei⁹: & quō dicaꝛ irremissibile. Dicit bea. Tho. ij. ij. q. xiiij. ꝙ de blasphemia in spm̄ sanctū tripl'r aliqui loquunꝛ. Antiq em̄ doctores scilicet Athanasius Hilarius Ambrosius Hieronym⁹ & Chrysostomus dicūt pctm̄ esse in spm̄sanctū: qn̄ ad literā aliquid blasphemū dr̄ cōtra spm̄sctm̄: siue spūssanctus accipiatur ꝓut est nomē essentiale cōueniēs toti trinitati: cuius quęlibet persona & est spūs & est sctūs: siue ꝓut nomē est psonale cōueniēs vni in trinitate psonę. Et ꝑm hoc distinguitur Matt. xij. blasphemia in spm̄sctm̄ cōtra blasphemiā in filium hoīs. Christus enim operabatur quædā humanit⁹ comedendo: bibendo: & alia hmōi faciendo. Et quædam diuinitus scilicet dęmones ejciēdo: mortuos suscitādo & hmōi. quæ quidē agebat & per virtutē ꝓprię diuinitatis: & per operationē spūssctī quo ꝑm humanitatē erat repletus. Iudęi aūt primo dixerūt blasphemiā in filium hoīs cum dicebant eum voracem potatorem & hmōi: vt habeꝛ Matth. xj. Postea blasphemauerunt in spiritūsanctū cum opera q̄ faciebat virtute suę diuinitatis & virtute spūssancti: attribuebāt Beelzebub. Et ꝓpterea dicuntur blasphemasse in spm̄sanctū. Augu. aūt in libro de verbis domini accipit blasphemiā seu pctm̄ in spm̄sanctū pro finali īpœnitētia: qn̄. s. quis perseuerat in pctō mortali vsq̄ ad mortē inclusiue: quod quidē fit nō verbo oris tm̄: sed & cordis & operis: nō vno sed multis: hoc aūt verbū sic acceptū dr̄ contra spiritūsanctū: quia est contra remissionē peccatoꝝ quę fit per spiritūsanctū qui est charitas patris & filij. Nec hoc dixit dn̄s Iudęis quasi ipsi peccarēt in spiritūsanctū: nondū em̄ finaliter erant impœnitētes: sed admonuit eos ne taliter loquētes ad hoc venirēt ꝙ in spiritūsanctū peccarēt. Et sic intelligēdū est qđ diciꝛ Marci. iij. vbi postq̄ dixerat dn̄s. Qui blasphemauerit in spiritūsctm̄ &c. Subiungit euāgelista: quoniā dicebāt. Spiritū immūdum habet. Illi aūt qui differunt cōuersionē suā & pœnitētiā vsq̄ ad infirmitates graues: exponūt se magno periculo hui⁹ peccati finalis impœnitētiæ: qa rara est tūc vera cōuersio ad deū: quia nō videtur moueri amore sed timore seruili: qui nō sufficit ad salutē. Oportet em̄ (ait Aug. in li. de pœnitentia) nō solū deū timere iudicē: sed vt anxieꝛ ꝓ gl'ia. i. diligere gloriā dei. Et ideo inqt idē. Multos solet decipere serotina pnīa. de pœ. di. vij. ꝑ totū. Alij aliter accipiunt dicētes blasphemiā esse in spiritūsanctū qn̄ quis peccat cōtra appropriatū bonū spūisancto. Ei aūt attribuitur bonitas sicut patri attribuiꝛ potētia: filio sapientia: vnde pctm̄ in patrē dr̄ pctm̄ ex infirmitate. i. ex passiōe: pctm̄ in filiū pctm̄ ex ignorantia: peccatū in spiritūsanctū qn̄ peccatur ex certa malitia. nō solū ex certa sciētia: qa hoc etiā accidit in peccato ex īfirmitate: sed ex ipa electione mali: qđ pōt contingere dupliciter.

Ex malitia peccare.

Vno modo ex inclinatione habit⁹ vitiosi q diciꝛ malitia: & sic nō est idē peccare ex malitia quod peccare in spiritūsanctū sumēdo pctm̄ in spiritūsanctum ꝓprie: prout est speciale peccatū: sed large qđ cōtingit fieri ꝑm omē genus peccati: & hoc vtiq̄ aggrauat peccatū: sed nō est speciale peccatū. Alio modo peccaꝛ p malitiā ex eo ꝙ per contēptum abijciꝛ & remoueꝛ id qđ electionē peccati poterat impedire: sicut spes per desperationem: & timor per pręsumptionē: & hmōi. Hęc aūt oīa quę electionē peccati possunt impedire sunt effect⁹ spiritussancti in nobis: vnde sic peccare ex malitia est peccare ī spiritumsanctū. Et sic est intelligendū q̄ dicit Magister in. ij. sen. di. xliij. s. ꝙ ille peccat in spiritūsctm̄ cui malitia per se placet. s. abijciēdo p cōtemptū ea per quę poterat impediri a pctō: puta cū aliquis intēdit cōmittere aliqđ pctm̄: & occurrūt mēti aliquę instigationes seu cogitatiōes timoris vel spei vel considerationis inordinationis peccati & miserię ei⁹ conaꝛ ad repellendū tales instigationes contēnēdo eas vt liberi⁹ & effrenati⁹ peccet. Scd'm ꝙ blasphemia in spiritūsanctū est speciale genus peccati. i. ꝑm tertiā acceptionē: videlicet peccare ex malitia per cōtēptū eoꝝ quę possunt hoiem impedire a pctō: sic sunt sex spēs hui⁹ pcti ꝑm Magistrū sniarū. li. ij. di. xliij. videlicet ꝑsumptio: desperatio: impugnatio veritatis agnitę: inuidētia fraternæ grē: obstinatio & impatiētia. Et de isto pctō pōt illud Ps. lxvij. intelligi. Dixit dn̄s ex Basan cōuertā: cōuertā in ꝓfundū maris. Nico. de Ly. exponit hoc de destructione Hierl'm & Iudeę.

Thema sermonis.

Dicit em̄ ꝙ Iudęa in qua metropolis est Hierl'm. i. principalis & caput illi⁹ ꝓuinciæ est sita ex vna parte sup Iordanem: iuxta quam est terra Basan: & ex alia pte habet mare mediterraneū. Vespasianus igiꝛ missus a Nerone impatore ī Iudęā q̄ se rebellauerat imperio Romanoꝝ: cōgregauit exercit⁹ hoim ex vtraq̄ parte. s. aliqs trāseūtes p terrā Basan: & aliquos p mare ad obsidēdum & pugnādū ꝯtra Hierosolymā. Dicit ergo Psalmista ad hoc notādū. Dixit dn̄s. i. diuina dispositiōe factū: hoc em̄ dicere dei facere ē. ꝯuertā. i. vertā & dirigā exercit⁹ Romanoꝝ veniētes per terrā Basan: & cōuertā: id est dirigā alios exercitus eorū in profundū maris. i. veniētes per profundū mare: & vertam eos. s. exercitus contra Hierl'm ita crudeliter vt intingatur pes tuus. i. habitātis ī ea in sanguine occisorum: id est vt ambulantes in ea intingant pedes suos in sanguine effuso. Tāta em̄ fuit occisio ꝑm Iosephū vt peruenirent ad decies cētena milia occisi gladio: & lingua canū exinde intincta est etiā in sanguine eorū lābētiū ipm sanguinē ꝑm morē suū. Hec Nico. Hoc aūt euenit illis tantū. s. exterminiū nō solū qa christū occiderūt: qa eis dimisisset tm̄ scel⁹ si cōuersi fuissent: sic it indultū fuit Lōgino Cēturioni & alijs pœnitētib⁹ sup hoc. Sed qa peccauerūt in spm̄sctm̄ ꝑm triplicē expositionē supradictā. Nam quātum ad primā attribuerūt Beelzebub pricipi dęmonioꝝ operationē miraculoꝝ: expulsionē dęmoniorū q̄ christ⁹ in quantū homo faciebat in virtute spūssancti. Quātum ad secundā acceptionē pseuerauerūt in sua pfidia Iudæi nolētes credere in christū vsq̄ ad mortē inclusiue & successores eoꝝ. Quantū ad tertiā qa fuerūt obstinati: impœnitētes: inuidētes fraternę grē: & impugnātes veritatē agnitā in scripturis de Messia: & ideo merito grauissime puniti sunt in hoc sęculo: & etiā in inferno. Sed gl. in cōtinuo sic breui⁹ exponit: & etiā ad propositū. Dixit dn̄s. Ego cōues

Iudæi tripliciter peccauerūt in spm̄ sanctū.

Archivo Histórico Rosario

tam te vel alios hoĩes ex Basan existẽtes.Basan interpre
tatur siccitas vel confusio.i.ex siccitate gratię & cõfusione
peccatorũ veniẽtes:& conuertã nõ solũ hos:sed etiam in
profundũ maris existentes hoĩes desperatissimos & obsti
natissimos in profundũ peccatorũ existẽtes qđ ptinet ad
peccatũ in spiritũsanctum.Et ita cõuertã te ad me vt pes
tuus id est affectus intingat in sanguine christi:id est affe
ctum deuotionis habeas ad christi passionẽ:& particeps
sis fruct⁹ ei⁹:scilicet,veniã & remissionem peccatorũ per
cipiendo.Dicere autẽ dñi est facere:& ꝑm hoc possunt tria
notari de peccato in spiritumsanctum.

¶Primum est ꝙ habet in se nimiam grauitatem:quia di
citur.In profundum.

¶Secundum est ꝙ habet ad eam malitiæ præparabilita
tem:quia dicitur.Ex Basan.

¶Tertium est ꝙ habet veniã & remissibilitatẽ. quia dici
tur.Conuertam.

§. I. QVANTVM AD PRINVM

Grauitas peccati in spiritũ sanctũ.

Status pc̃ti dr̃ mare ꝓpter inquietudinẽ quã inducit:vñ
dr̃ Esa.lvij.Cor impij quasi mare feruẽs qđ quiescere non
põt.Profundũ huius maris est maxima grauitas ei⁹ quã
habet in se pctm̃ in spiritumsanctũ.Vnde dicit Salomon
Prouer.xviij.Impius cũ in ꝓfundũ pc̃tõrũ venerit contẽ
nit.Et hoc est ꝓprie & stricte peccatũ in spm̃sanctũ pecca
re ex malitia:cõtẽnẽdo videlicet & abijciẽdo ea p q̃ posset
retrahi a pc̃tõ.In profundũ ergo descẽdũt peccãtes in spi

Sex species pc̃ti in spiritũsctm̃.

ritũsanctũ qđ fit sex modis seu specieb⁹ vt dictũ est.Quæ
species distinguũtur ꝑm remotionẽ vel contẽptũ eorũ p q̃
põt hõ ab electione peccati impediri quę sunt:vel ex pte
diuini iudicij:vel ex parte donorũ eius:vel ex parte ipsi⁹
peccati ꝑm Tho.ij.ij.q.xiiij.art.ij.Auertitur homo enim a
peccato ex cõsideratione diuini iudicij qđ habet iustitiã
cum misericordia p timorẽ qui insurgit ex ꝯsideratiõe di
uinę iustitię puniẽtis pc̃tã homo retrahitur a peccato.Vñ
Salomon.Per timorẽ dñi oĩs declinat a malo. Naturali
ter em̃ quilibet horret pœnas.Cũ em̃ cõsiderat ꝙ propter
pctm̃ debet puniri a deo & seuerissime pœna æterna: nec
põt euadere man⁹ ei⁹.Propter qđ dicit ap̃s ad Heb.x. ꝙ
horrẽdũ est incidere in man⁹ dei viuentis.& Deut.xxxij.c.
Nõ est q de manu mea possit eruere.ait dñs.ne qs ergo in
currat in pœnas ęternas ꝑm ꝙ exigit dei iustitia caueat si
bi a pc̃tis.Sed iste timor abijcit & contẽnit per illã speciẽ
blasphemię in spm̃sanctũ quę dr̃ prẹsumptio:quę nõ cõsi
stit i hoc ꝙ iustitia deneget corde vel ore.i.ꝙ credat ipm
nõ punire peccata:qa hoc ptinet ad infidelitatẽ.Sed i hoc
ꝙ cõtẽnit ipsam considerationẽ diuinę iustitię:puta cum
intendit aliquod peccatum perpetrare:& instigatur mẽs
eius & mouet ad cõsderandũ iustitiã dei punire grauiter
tale pctm̃ mens ipsa contẽnit & conat abijcere illam insti
gationẽ timoris:quod tangitur ex diuinę iustitię conside
ratione quasi sibi persuadẽdo ꝙ non puniat vt liberi⁹ pec
cet:& sic prẹsumit veniã sine pœnitẽtia adipisci:vel glo
riã sine meritis:& hec est scđa species peccati in spm̃sctm̃
cum tamẽ dicat regula iuris in.vj.Venia non dat nisi cor
recto.s.ad pœnitẽtiã.Et Aug.Ita impartit a deo largitas
misericordię ꝙ nõ deserat seueritas disciplinæ. de pœni.

Per se nẽo põt exire de peccato

dist.j.§.neminẽ.Et si liber homo ambulans per viã iuxta
quã est fouea ꝓfundissima ꝓijceret se in eã nõ est liber ad
exeũdum:nisi alteri⁹ adiutorio:ita & in foueã peccati qđ
ad infernũ ducit liber est quilibet per se ad intrãdum:sed
non ad egrediẽdũ:nisi deus porrigat ei manũ gratię.Qđ
agnoscẽs Ps.dicebat.Emitte manũ tuã de alto:eripe me
& libera me de aquis multis.s.vitiorũ:qa.s.per me nõ va
leo.Hac prẹsumptione videt fuisse deceptus Ioachim fi
lius Manassę regis Iuda.Cũ em̃ vidisset patrem eius Ma
nassen p plurimos annos sceleratissime vixisse i omi gñe
mali:vt & Esaiã nobilissimũ ꝓphetarũ serra lignea seca
ri fecerit & ciuitatẽ Hierl'm impleuerit sanguine ꝓphetarũ
& idololatrare fecerit ppl'm & alia innumera mala: circa
finem regni sui decapitat⁹ recognouit scelera sua pnĩam
agẽs:& de⁹ indulsit ei vt patet.iiij.Reg.xxj.Estimauit ergo
forte sic posse trãsire in mũdo isto:vt male viuẽdo p mul
tũ tpis postea ad placitũ suũ ad pœnitẽtiã rediret:vel de
facili de⁹ ei ignosceret vt patri.Sed prẹsumptio ista dece
pit eum.Nã cũ vitijs esset deditus: propter malũ regimẽ
eius fuit iuterfect⁹ a populo & male finiuit dies suos.Per

spem etiam quę cõsurgit in mẽte hoĩs ex cõsideratione di
uinę misericordię remittẽtis peccata & p̃miãtis bona ho
mo retrahitur a peccato seu resurgit a pc̃tõ. Sed hæc spes
tollitur per desperationẽ de diuina misericordia:non.s. ꝙ
nõ credat deũ velle vel posse relaxare pc̃tã quecũq; ad pœ
nitentiã redeũti:quia hoc pertineret ad herẹsim:sed quia
cõtemnit talem cõsiderationẽ:vt cũ inspiratio tangit cor
peccatoris vt desistat & pœniteat:cũ deus semp sit paratus
recipere peccatorẽ quẽcũq; reuertẽtem ad pœnitẽtiã:abij
cit ille & conat expellere illã inspirationẽ persuadẽs sibi
deũ nõ sibi ignosciturũ aut saluaturũ eũ:sed esse reprobũ
& dãnandũ vt sic effrenatius peccet:ex quo dãnandus est.
Et istud est pessimũ oĩm malorũ:in quo incidit Cain dũ
dixit reprẹhensus a deo de fratricidio pꝑetrato. Maior est
iniqtas mea ꝙ vt veniã merear.Geñ.iiij.Sed vt dicit Aug.
De nemine desperandũ est ꝙdiu patientia dñi ad pnĩam
inducit:seu dũ est in hoc corpe cõstitut⁹:vt dicit Leo papa
xxvj.q.vij.c.j.& seq.Ista em̃ est differẽtia inter spiritũ vni
tũ carni:& separatũ a carne:qa vnit⁹ carni semp est susce
ptibilis pœnitẽtię separat⁹ non.Sicut em̃ liberũ arbitriũ
hoĩs verti põt a quacũq; virtute ad malũ declinãdo:ita a
quocũq; malo ad bonũ se cõuertẽdo.Qđ expsse dicit dñs
qui mẽtiri nõ põt.Ezech.xviij. In quacũq; die conuersus
fuerit peccator & ingemuerit:omniũ iniquitatũ eius non
recordabor.Et Leo papa in decretis.de pœ.dist.j.c.multi
plex.Misericordię dei nec mẽsuras ponere possumus nec
tẽpora diffinire apud quẽ nullas patitur moras cõuersio.
Periculosa igit est desperatio.vt dicit.ij.Reg.ij.&magis
ꝙ prẹsumptio.Ab vtraq; aũt cauẽdũ est:nec ita præsumẽ
dum de ei⁹ misericordia tamꝗ mala nõ puniat:nec despe
randũ de venia tamꝗ conuersis peccatorib⁹ non parcat.

Periculosa est desperatio.

Misericors enim & miserator dñs & iustus.ait Ps.Inter ti
morẽ ergo & spẽ debem⁹ ambulare.In cui⁹ figurã dñs mã
dauit in veteri lege.Deut.xxiiij.vt nõ sumeret ꝑ pignore
mola superior,vel iferior:vt sic semp secũ habeat i domo
sua.Mola supior q̃ cõprimit materiã ne eleuet significat
& designat timorẽ quo qs timẽdo diuinã iustitiã mala pu
niẽtẽ detinet eũ ne eleuet & p̃sumat nimis de se:vel de dei
mia.Mola inferior q̃ retinet materiã ne descẽdat signifi
cat spẽ q̃ retinet mẽtẽ ne cadat in ꝓfundũ desperationis.
Cõterenda aũt sunt pc̃tã p dolorẽ inter vtrũq;.s.spem & ti
morẽ:& separãdũ est furfur malorũ a simila bonorũ i ope
rib⁹ nr̃is p illa duo.Ex pte v̄o donorũ dei qb⁹ retrahimur
a pc̃tõ duo sunt ista.s.cognitio veritatis:& auxiliũ interio
ris gratię.Ex hoc em̃ ꝙ quis cognoscit veritatem circa ali
quid faciẽdũ vel vitãdũ:multũ iuuat ad vitandũ peccatũ
sicut ecõtrario nõ cognoscẽdo nõ põt euitari malũ.Con
tra hoc aũt est tertia spẽs blasphemię in spm̃sctm̃:q̃ dr̃ im
pugnatio veritatis agnitę:nõ cuiuscũq; veritatis:vt circa
naturalia vel artificialia vl' tpalia in litigijs:sed impugna
tio veritatis agnitę circa ea q̃ sunt fidei & bonorũ morũ. Si

Impugnatio agnitæ v̄itatis.

cut si qs cõuict⁹ rõne alteri⁹ de aliquo suo errore circa fidẽ
perpẽdens errorẽ suũ pmanet & pseuerat ad defendendũ
ipsum ne videat errasse:vel etiã cũ perpẽdens seu instiga
tus vel illustrat⁹ aliqđ esse pctm̃ mortale vt vsurã:forni
cationẽ & hmõi:vt liberi⁹ peccet repellit & abijcit illũ in
stinctũ:vel etiã ore defendit talẽ errorẽ quẽ cognoscit fal
sum esse.Vñ Au.dicit in li.de vnico baptis. Qui cõtẽpta
v̄itate vult seq cõsuetudinẽ:aut circa fratres est malign⁹:
quib⁹ veritas manifestat:aut circa deũ ingrat⁹ cui⁹ inspi
ratione regit eccl'ia.di.viij.qui cõtempta.Qđ ꝑm Tho. p
tinere videt ad pctm̃ in spm̃sanctũ.Et Cyprianus di.ea.c.
consuetudo.dicit.Qui post veritatẽ manifestatã in errore
perseuerat prudens & sciẽs:iã non in venia ignorãtię pec
cat:prẹsumptione em̃ atq; obstinatione quadã nitit cũ a
rõne superetur.Ad hãc blasphemiã deuenerũt. Scribæ &

Iudęi in Christũ blasphemauert dicẽtes eũ facere miracula in beelzebub.

Pharisęi q cognoscẽtes vel de facili valentes cognoscere
christũ esse Messiã eis in lege ꝓmissum noluerũt credere
vel cõfiteri:sed ꝯtradicebãt dicẽtes in Beelzebub eũ face
re miracula:qb⁹ ostẽdebat doctrinę suę veritatẽ & suã diui
nitatẽ.Et iterũ.Lazarũ resuscitatũ ab eo voluerũt occide
re ad impugnãdũ veritatẽ suę virtutis:& hoc faciebãt ne
viderent minus sapiẽtes:& ne amitterẽt oblationes & de
cimas a pplo & hmõi.Aliud donũ dei p qđ quis retrahit
a pc̃tõ est gr̃a diuina.Iustificati gratis p gratiã ipsius.Ro
ma.iij.Gratia em̃ dei qs iustificat.i. de impio fit iust⁹ & p
ipam vitat pctm̃.Et ꝙuis gr̃a & veritas p christũ facta sit:
vt dr̃

vt dr̃ Io.j.Tamen hoc fuit mediãtibus donis spũsscti quæ
dedit hoibus:Sicut aũt cõtra virtutẽ est impugnatio ve
ritatis:vt dictũ est:ita & cõtra gr̃am.Est & quarta blasphe
mia in spiritũsanctũ quæ dicit inuidẽtia fraternæ gr̃ę:quę
in hoc differt ab inuidia quę est vitium capitale:qa iuidia
vitium capitale facit dolere & contristari de bonis ꝓximi
inquãtum ꝑm æstimationẽ iuidentis falsam habent dimi
nuere honorem & reputationem eius.Sed inuidia frater
næ gratiæ q̃ est pctm̃ i spm̃sctm̃ cõtristatur & dolet nõ solũ
de bono ꝓximi:sed de gr̃a dei crescẽte i mũdo:vt ꝙ fides
dilatet:ꝙ pc̃tõres cõuertant ad deũ:a malis abstineant &
hmõi.Ad quã blasphemiã reducitur pctm̃ schismatis ꝑm
Tho.Quia p fraternã gratiã cui opponit hęc inuidentia
mẽbra ecclesię vniũt:sed schisma diuisionẽ ab hac ponit.
Vñ Aug.in lib.de sermo.dñi in mõte:dicit inuidiæ facib⁹
fraternitatem impugnare est peccare in spm̃sanctũ.Sed su
per ep̃lam ad Rom.ij.dicit beatus Tho. ꝙ dona quib⁹ qs
retrahitur a pc̃tõ sunt Fides ꝑm illud Prouer.xv. Per fidẽ
purgãtur pc̃tã.& charitas.ꝑm illud Prouerb.x. Vniuersa
delicta operit charitas.Contra primũ est impugnatio ve
ritatis agnitæ.s.fidei.Contra quã fecerũt filij Israel in de
serto qñ adorantes vitulũ aureũ dixerunt. Hi sunt dij tui
Israel qui te eduxerunt de Egypto.Exo.xxxij.attribuentes
dęmoni operationẽ dei.s.liberationẽ suã.Cõtra scđm est
inuidia fraternæ gr̃æ:hac inuidia pmoti Iudæi in Antio
chia videntes.s.ꝙ plures cõuertebant ad fidem christi per
p̃dicationẽ Pauli cõcitauerũt religiosas mulieres & pri
miores ciuitatis excitãtes psecutionẽ i Paulũ & Barnabã:
& sic eiecerũt de finib⁹ illis.Act.xiij.Hac inuidia pmotus
Demetrius quidã noie argẽtari⁹ q faciebat ædes deæ Dia
nę.Gentilis em̃ erat & prẹstabat magnũ quæstũ artificib⁹
ex illo ope:vidẽs p p̃dicationẽ Pauli euacuari cult⁹ deæ
Dianæ in Epheso & introduci fidẽ & gr̃am christi: cõcita
uit artifices ostẽdẽs ex hoc ei auferri lucrũ de arte sua ad fa
ciẽdã seditionẽ in ciuitate vt inde expellerent vel occiderẽ
tur.Act.xix.Ex parte vero peccati duo sunt q̃ hoies a pec
cato retrahere possunt:quorũ vnũ est inordinatio & tur
pitudo actus pc̃ti.Aliud est breuitas & paruitas boni qđ
quis quærit in pc̃tõ. Primũ ergo.s.consideratio turpitu
dinis & inordinatiõis peccati solet hoiem inducere ad pœ
nitẽtiã de pc̃tõ cõmisso.Nil em̃ turpius pc̃tõ. Adeo enim
turpe est & inordinatũ vt dicat Seneca:& si Etnicus.Si sci
rẽ deos ignosciturous:& hoies ignoraturos.s.peccatũ meũ
adhuc dedignaret peccare. Non enim ꝑpter illud homo
vtẽs rõne nõ bestialitate erubesci t de pc̃tõ & habet con
fusionẽ nisi propter turpitudinẽ eius.Naturaliter aũt ho
mo horret & fugit q̃ reputat turpia.Cõtra hãc aũt cõside
rationẽ ponit quinta species pc̃ti i spiritũsanctũ.s.impœ
nitẽtia:nõ tñ sumẽdo impœnitẽtiã ꝓut importat pmanẽ
tiã in pc̃tõ vsq; ad mortẽ inclusiue.sic em̃ non est speciale
pctm̃:sed q̃dã circũstãtia q̃ reperiri põt in oĩ pc̃tõ vt dictũ
est in.j.§.sed ꝑm ꝙ importat ꝓpositũ non pœnitẽdi vnq;
De q̃ pc̃tõ ait Ap̃ls ad Rom̃.ij.Tu aũt ꝑm duritiam tuã &
ꝑm impœnitẽs cor tuũ thesaurizas tibi irã i die iræ.i.accu
mulas tibi reatũ pœnę in die iudicij.vbi dicit glo.ꝙ ibi no
tat blasphemia in spiritũsanctũ.s.impœnitẽtia.Et ad hãc
ipœnitẽtiã ꝑm Tho.reducit simulata pœnitẽtia q̃ dr̃ blas
phemia in spiritũsanctum ꝑm glo.Leuit.vij.qđ intelligo
s.cũ qs nũq; intẽdit verę pœnitere & confiteri:sed semp si
mulate & ficte.Nã qđ aliqñ qs ficte cõfiteat ex quadã ve
recũdia intẽdẽs al's recte cõfiteri:ꝙuis mortal'r peccet: nõ
tñ peccat in spiritũsanctũ.Aliud qđ retrahit a pc̃tõ ex pte
ipsius est consideratio breuitatis & paruitatis boni qđ est
in pc̃tõ:qđ est momẽtaneũ & quasi nihil.ꝑm illud ad Ro.
vj.Quẽ fructũ habuistis in his i qb⁹ nũc erubescitis? Nã
stipendia pcti mors & oĩs malus implet pœnitudine.dicit
Ph̃s in lib.Ethi.& grego.in moral'.Nomentaneũ qđ dele
ctat:ęternũ qđ cruciat.Ista igit cõsideratio solet hoiem in
ducere ad hoc ꝙ volũtas eius nõ firmet in pctõ.Sed tollit
hoc p obstinationẽ qñ.s.homo firmat ꝓpositũ suũ in hoc
ꝙ peccato inhæreat.Et de hac obstinatione & impœniten
tia dr̃ Hiere.viij.Nullius est q agat pnĩam sup pc̃tõ suo di
cẽs.Quid feci quo ad primũ? Oẽs conuersi sunt ad cursum
quasi equus impetu vadẽs ad præliũ:quo ad obstinatio
nem.Et ad hãc obstinationem reducit cõtemptus seu nol
le obedire superiorib⁹ firmiter.Dicit em̃ Ber. in li. de di
spensatione & p̃cepto ꝙ nolle obedire est resistere spũisctõ

Ad qđ etiã ptinet qđ dicit Damasus papa.xxv.q.j.viola
tores ꝙ violatores canonũ volũtarij & sine causa.i.p cõtẽ
ptũ seu rebellionẽ blasphemiã iferũt spũisctõ a quo con
diti sũt.Hac obstinatione & impœnitẽtia detẽtus Pharao
rex Egypti post decẽ plagas in qbus vt remouerent pro
mittebat dimissionẽ ppl'i Israel De Egypto prout dñs sibi
mãdauerat p Moysen & Aaron:adhuc obstinat⁹ manens
ipe cũ exercitib⁹ suis psequens ppl'm illũ quẽ dimiserat ex
morte primogenitorũ oĩm in Egypto hoĩm & brutorũ vt
eũ reduceret in seruitutẽ:submersus est cũ suis:& sic descen
derũt in ꝓfundũ.s.maris quasi lapis:& p obstinationẽ de
scenderũt i ꝓfũdũ.iferni.Sequendæ igit sunt bonę ĩspira
tiões dei quæ sunt a gr̃a spũssancti.s.consideratio iustitiæ
& miæ dei istinct⁹ veritatis & charitatis:recogitatio turpi
tudinis pc̃ti:& paruitas fruct⁹ ei⁹ seu nullitas:& sic vitãdũ
pctm̃ & de ipso exeũdũ.Nã vt Dicit Hiero. Moderatio dei
ac pietas solũ nostrũ reditũ quærit:ac nos cupit longa sua
bonitate saluare.Qđ si nõ cõuertimur:si duri colli sumus
si vsq; in finẽ in malis pseueram⁹ Assidue peccantiũ non
miseret deus.distin.xciij.diaconi.Et ad hoc hortat Ap̃ls di
cens.ij.Corꝫ.vj.hortamur vos ne in vacuũ gratiam dei re
cipiatis quæ est gratia spiritussancti.

§. II. QVANTVM AD SECVN

dũ principale.s.ꝙ pctm̃ i spiritũsctm̃ habet malitiæ p̃para
bilitatẽ.i.p̃supponit aliã malitiã.i.pc̃tã ante ꝑpetrationẽ
ipius põt hoc notari in eo qđ dr̃ ex Basã:qđ interp̃tat sic
citas.s.humoris gr̃ę:a qua nõ desiccat seu priuat aĩa nisi p
mortalia.Ex basan ergo.i.ex confusione pc̃tõrũ & siccitate
gr̃æ hoies descendũt in ꝓfundũ maris.i.in pctm̃ in spm̃sã
ctũ.Naturalis em̃ ordo hoc habet vt ab ipfecto qs moueat
ad perfectũ.Et in bonis hoc apparet:qa vt dr̃ Prouer. iiij.

Pctm̃ i spm̃sanctum p̃ supponit alia peccata

Iustorũ semita quasi lux splẽdẽs crescit & ꝓcedit vsq; ad p
fectũ diẽ.Nemo em̃ repẽte fit summ⁹:sed a minimis qsq; i
choat vt ad maiora pueniat.de pœni.di.ij.§.hic quæ. Sic
& in malis:vbi pfectũ malũ dr̃ qđ est maximũ malũ ꝑm
Ph̃m:qui etiã dicit in.vj.Ethi.ꝙ & si homo possit iniusta
facere:nõ tñ statim vt iniustus operatur.i. ex electiõe seu
habitu cũ habit⁹ generet ex plurib⁹ p̃cedẽtib⁹ actibus.Et
ꝓ hmõi declaratione dicit.b.Thom̃.ij.ij.q.xiiij.ar.iiij.ꝙ si
peccare in spm̃sanctũ dicat large.s. peccare ex malitia seu
electione:sic certũ est ꝙ p̃supponit pctm̃ istud alia pctã rõ
ne iã dicta:qa hoc est peccare ex habitu malitiæ. habitus
aũt nõ generat:subito:sed ex frequẽtibus actibus.Sicut ex
frequẽtatis actibus abstinẽtiæ & castitatis fit aliquis habi
tuatus in abstinẽtia & castitate ꝑm virtutem acquisitã. Ita
ex frequẽtibus actibus luxuriæ vel alterius vitij fit aliqs
habituatus in luxuria vel alio vitio.Sed si sumat peccatũ
in spiritũsctm̃ stricte.s.pro ea malitia qua quis abijcit &
contẽnit ea p quę posset retrahi a pctõ.s.considerationem
diuinæ iustitiæ vel misericordiæ & hmõi de quib⁹ dictũ ẽ
i.§.p̃cedẽti.sic etiã plerũq; & cõiter prẹsupponit prius alia
peccata cõmissa.qa vt dr̃ Prouer.xviij.Impi⁹ cũ in ꝓfũdũ
pctõrũ venerit cõtemnit.Ptest tñ contingere ꝙ in primo
actu excidẽdo a gratia peccet qs in spm̃sctm̃.et hoc tũ pro
pter libertatẽ arbitrij qua qs subito verti potest ad omne
bonũ vel malũ tũ propter multas dispositiones p̃cedẽtes
tũ ꝑpter aliquod vehemẽs motiuũ hoĩs ad malũ:& prauũ
affectũ ad bonũ. Sed in viris pfectis non põt accidere ꝙ
statim a principio cadãt in pctm̃ in spm̃sctm̃. Vñ Orig. di
cit.Nõ arbitror ꝙ aliquis ex his q i summo & pfecto gra
du cõstiterit.s.virtutum a sublimi euacuetur aut decidat:
sed paulatim:& p partes eũ decidere necesse est. Similiter
si accipiatur blasphemia in spiritũsanctũ ꝓ quacũq; blas
phemia dei ꝑm primũ modum:aut ꝓ finali impœnitẽtia
vtrũq; etiã cõiter præsupponit alia pc̃tã.Cauendũ est er
go a peccatis quibuslibet:qa a paruis puenit ad magna.
iuxta illud.Sagittæ paruulorũ.s. pc̃tõrũ factæ sunt plagæ
eorũ.i.magna pc̃tã.s.dispositiue.Et cito exeũdũ est de pec
cato p pœnitentiã,ne per hoc quis descendat in profun
dum maris.i.peccatum in spiritumsanctum.

§.III.QVANTVM AD TERTVM

Pctm̃ i spiritũ sctm̃ habet remissionem.

s.ꝙ habeat hoc pctm̃ in spm̃sctm̃ ꝙuis grauissimũ remis
sionẽ & veniã patet:qa dicit dñs de b̃.Cõuertã i ꝓfundũ
maris.i.homĩes desperatissimos & obstinatissimos.Neq;
em̃ ex pc̃tis ꝯuerteret ad deũ:nisi deus cõuerteret eũ ad se:

Universidad del Rosario Archivo Histórico

ſcilicet illuſtrādo grā ſua ꝓpterea inqt ꝓpheta. Conuerte nos dñe ad te & cōuertemur. Cū qs cōuertiᵗ ad deū.ſ.ꝑ cōtritionē: nulli dubiū ꝙ quātūcūq; peccauerit & quēcūq; deus ignoſcit. Oē em̄ pc̄tm̄ deus ignoſcit reuertēti ad ſe. vt dr̄.j.q.vij.ſi qs oēm. Et nullū excipit nec etiā pc̄tm̄ in ſpm̄ ſc̄tm̄. Hinc & Pſ̄. loquēs de deo. Qui ſanat oēs lāguores tuos: ſeu infirmitates. vbi gloſ. Oīpotēti medico nullus languor incurabilis occurrit. Cū em̄ liberū arbitriū ſe habeat ad bonū & ad malū: q̄diu durat ſtatus vię: ſicut a quacūq; virtute pōt qs excidere: cū etiam & angel⁹ de cœlo ceciderit, ꝓpter qḋ dr̄ Iob.iiij. Ecce q ſeruiūt ei nō ſunt ſtabiles. & in angelis ſuis reperit prauitatē: quanto magis q habitant domos luteas.i.hoīes. Pari ergo rōne poteſt qs a quocūq; peccato reſurgere ad ſtatum iuſtitię dei grā operante. Sed cōtra hanc verā cōcluſionē videᵗ eſſe qḋ dr̄ Matt.xij. Qui dixerit verbū cōtra ſpm̄ſc̄tm̄ nō dimittetur ei: neq; in hoc ſæculo neq; in futuro. hoc autē eſt blaſphemia in ſpiritū ſc̄tm̄. Ex quo dicto videᵗ irremiſſibile. Sed rn̄det ad hoc btūs Tho.ij.ij.q.xiiij.art.iij. ꝙ ſi dicaᵗ pc̄tm̄ in ſpiritūſc̄tm̄ finalis impœnitentia ꝑut accipiᵗ vno mō ſm̄ Aug. id eſt pro cōtinuatione ī aliquo pc̄tō vſq; in finē vitę incluſiue. ad lr̄am intelligēdū eſt & abſolute illud eſſe irremiſſibile Ex quo em̄ h̄ nō pœnitet: de illo veniā cōſeq nō pōt ī alio ſæculo vbi nō ē loc⁹ pœnitēdi: vn̄ ei nō remittiᵗ vnq̄: qa nūq; cōuertitur. Et de hoc ſm̄ Augu. intelligiᵗ illud.j.Io.iij. Eſt pc̄tm̄ ad mortē: & ꝓ illo non dico vt roget qs. Illud pc̄tm̄ eſt finalis impœnitētia ꝓ qua nō oportet ꝙ aliquis quātūcūq; ſc̄tūs oret: qa non exaudireᵗ: ſed quomodocūq; aliter accipiatur blaſphemia in ſpm̄ſc̄tm̄: ſemꝑ eſt remiſſibile pc̄tm̄ & remittitur ſicut alia peccata ſi quis agat pœnitentiā de eo. Dicitur tn̄ irremiſſibile iſtud pc̄tm̄ magis q̄ alia diuerſis de cauſis ſeu modis dicēdi. Vno mō qa difficilius remittiᵗ q̄ alia. & hoc nō eſt ex dificultate q̄ ſit ex parte dei: qm̄ oēs infirmitates aīę & corporis ęque potēs eſt ſanare. ſed ex parte peccātis. qa vt dicit Aug. in lib. de ſermo. dn̄i in mōte. Tāta eſt labes hui⁹ pc̄ti ꝙ humilitatē deprecādi ſubuenire nō poteſt. Propter difficultatē ergo reuerſionis dr̄ irremiſſibile. vel etiā dr̄ irremiſſibile ſm̄ Tho. vbi ſ̄. non qa nullo mō remittaᵗ: ſed qa quantū eſt de ſe habet meritū vt nō remittaᵗ. & hoc dupliciᵗ. Vno mō quātū ad pœnā. Qui em̄ ex ignorātia vel infirmitate.i.paſſiōe peccat: habet aliquā excuſationē: vn̄ & minorē pœnā mereᵗ. Qui aūt ex malitia ꝑut ē pc̄tm̄ ī ſpm̄ſc̄tm̄ nō habet aliquā excuſationē vn̄ eius pœna minuaᵗ. Alio mō pōt intelligi quātū ad culpā irremiſſibilē ſm̄ naturā: ſicut aliqs morb⁹ dr̄ īcurabilis ſm̄ naturā morbi per quā tolliᵗ id per qḋ morb⁹ pōt curari: puta cū morb⁹ tollit ꝟtutē naturę vel īducit faſtidiū cibi vel medecinę: licet etiā de⁹ talē morbū poſſit curare. Ita pc̄tm̄ ī ſpm̄ſc̄tm̄ dr̄ irremiſſibile ſm̄ ſuam naturā iquātū excludit ea ꝑ quę fit remiſſio pc̄tōꝝ: ꝑ h̄ tn̄ nō p̄cludiᵗ via remittēdi & ſanādi potētię & mię dei per quā aliquādo tales quaſi miraculoſe ſananᵗ. vel ſm̄ alios dr̄ irremiſſibile: qa nō legiᵗ remiſſū: ſicut Melchiſedech dr̄ ſine p̄re: qa nō legiᵗ qs fuerit eius pater in ſcripturis: q̄uis habuerit patrē. Et qḋ remittaᵗ patet ꝑ h̄ qḋ dr̄ h̄ cōuertā ait dn̄s in ꝓfundū maris.ſ.exiſtētes.i.obſtinatiſſimos vnde & dn̄s ꝑ Amos ꝓphetā. Super tribus ſceleribus Iſrael: & ſuꝑ quatuor nō cōuertā eū.i.ſuꝑ tribus cōuertā: ſed nō ſuꝑ quartū. Qḋ exponēs Hieron̄. ait. Primū eſt cogitaſſe quæ mala ſunt. ſcḋm cogitationibus acquieuiſſe ꝑuerſis. tertiū qḋ mēte decreueris opere cōplere. Suꝑ his ergo conuertit quęcūq; ſint illa pc̄tā. ſed quartū in quo nō cōuertit eſt impœnitētia. Vn̄ ſubdit Hiero. Quartum eſt nō agere pn̄iam: ſed ſuo ſibi cōplacere delicto. de pœ. diſt.ij.c. ſuper trib⁹. & hoc eſt irremiſſibile ſimpliciter dū nūq; pœnitet.

Adde bonū text. in c. adhuc ꝓfidi in ſtāt. de pœ. di. iij. & gl. in d.c. ſi qs īver. pœnitē tiam.

Quō ſit remiſſibile.

Diciᵗ irremiſſibile ꝓpter difficultatē ꝯuerſionis.

¶De duritia ſeu obſtinatione. Capl̄m.IX.

Durū cor.

DVRITIA IN PECCATO q̄ aliqn̄ ꝑtinet ad obſtinationē ē multū periculoſa. Nā vt dr̄ Eccl̄i.iij. Cor durū male habebit in nouiſſimo. Dicitur materialiter res dura q̄ nō cedit tactui ſicut lapis. ſic cor durū eſt qḋ nō cedit digito dei tāgēti ipſū: ſpūi videlicet ſc̄tō diuinę.ſ.inſpirationi. Sed vt ait Pſ̄. lxxxiiij. Hodie ſi vocē eius audieritis: nolite obdurare corda vr̄a. Loqtur nobis deus per inſpirationes: ſm̄ illud Pſ̄. Audiā quid loquaᵗ in me dn̄s deus. Loquiᵗ ꝑ ſcripturas. Iob.xxxiij. Semel loquiᵗ deus.ſ. in ſcripturis. & ſecūdario idipm̄ nō repetit: qa nō oportet cū oīa ibi plene habeāᵗ. Locut⁹ eſt nobis ꝑ filiū ſm̄ illud Heb̄.j. Multifarie &c. Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis ī filio. nō ſolū ꝑ verba: ſed etiā ꝑ opera facta q̄ debemus imitari. Loqtur ꝑ tribulationes. Iob.iiij. Qn̄ ſolet ſopor occupare hoīes.ſ.peccati: & dormiūt ī lectulo.ſ.delectationis mūdi: tūc apit aures virorū: & erudiēs īſtruit eos diſciplina. Hodie ergo ſi vocē ei⁹ audieritis.i.ī vita pn̄ti nolite obdurare corda veſtra. ſicut Hebręi in deſerto qbus iurauit de⁹.i. firmiter ꝓpoſuit ſi introibūt.i.nō introibūt in requiē meā. Vn̄ Stephanus ꝓtomartyr Actᵗ.vij. Ad iudæos. Dura inqt ceruice & incircūciſi corde & aurib⁹ vos ſēp ſpūiſc̄tō reſtitiſtis.

